DE TABULA DECIMA NONA.

IN hac igitur tabula eſt Arcis Blomenthali genuina, accuratiſſimaq; ad vivum depicta repræſentatio. Hæc à conditione ſic dicta, qvoniam nuſqvam præfecturarum alma rerum parens, dominaq; natura plures delicias & amœnitates profudit.

Nam ab uno latere ſunt jucundiſſimi ſaltus & opaca nemora, ab altero colles pulcherrimo & latiſſimo proſpectu, adeo, ut hoc loci potiſſimùm luxuriantis naturæ venuſtas appareat.

a Arx,
b Pagus,
c templum,
d Viſurgis,
e Stedingerlandt,
f Mola,
g Rivus.